# FASTI SOCIETATIS JESU,

Res, & Perſonas memorabiles Ejuſdem Societatis per ſingulos anni dies repræſentantes,

Operâ, & Studiô

*REVERENDI*

P. JOANNIS DREWS,

Societatis JESU,

Prutheno-Varmienſis SS. Theologiæ Doctoris concinnati.

*Operis Poſthumi*

Pars I.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ... MANO

Pragæ, Typis Univerſitatis Carolo-Ferdinandeæ Collegii Societatis JEſu ad S. Clementem, Annô 1750.

# PROTESTATIO AUTHORIS.

INſiſtendo Decreto SS. D. N. Urbani VIII. ejúsque confirmationi, ac declarationi, obſervantiâ, ac reverentiâ, quâ par eſt; profiteor haud alio ſenſu, quidquid in hoc Libro in laudem cujuſquam refero, quod ſpeciem ſanctitatis, aut miraculi habere videatur, accipere, & accipi ab ullo velle, quàm quo ea ſolent, quæ humana duntaxat auctoritate, non autem Divina Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut S. Sedis Apoſtolicæ nitantur; iis tantummodo exceptis, quos eadem S. Sedes Sanctorum Catalogo adſcripſit.

# I. JANUARII.

I. FEſtum Titulare, & Eucharisticum celebrat Societas: quòd eximio DEI favore in ſpecialem Sacro-Sancti, & Salutiferi Nominis JESU participationem ſit admiſſa: atque in ea Apoſtolicæ Sedis, ac præſertim Gregorii XIV. Decretis in perpetuum firmata. In Bulla enim incip. *Eccleſiæ Catholicæ*, conſtituit Gregorius, *Nomen Societatis JESU, quô laudabilis hic Ordo naſcens, à Sede Apoſtolica nominatus eſt, & hactenus inſignitus; perpetuis futuris temporibus in ea retinendum eſſe.* In ampliorem hujus beneficii conteſtationem, primaria Societatis Baſilica, quæ eſt

 Do-

*Notandum: Defunctorum pleroſque exceptos eſſe ex P. Nadaſi Anno Dierum Memorabilium; quibus ex Sotuelli Bibliotheca Soc. JESU, Tannero, &c. alii acceſſerunt.*

**O. A. M. D. G.**

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA